



Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Ioannis Ivsti Lanspergii Carthviani, Natione Bavari,
Opvscvla Spiritvalia**

ab ipso Autore partim Latinè, partim Germanicè euulgata

Landsberg, Johannes Justus

Coloniae Agrippinae, 1630

Animæ ex seruitio peccatorum, quantum sibimet damnum intulêre: Deo hostiq[ue] seruire, quantum discrimen: pœnitentia item dilata, quàm multos sefellit. Can. VI.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45857](#)

Visque quo non confidis mihi? Quousque tyranno & hosti pessimo seruis? Quamdiu dona mea & quicquid a me habes, in illius cultum, in illius obsequium & in mei contemptum ac probrum, expendis? Abrenuntia diabolo & quasi paleam ipsum contemne.

*Animæ ex seruitio peccatorum, quantum sibi met damnum intulere:
Deo hostiique seruire, quantum discrimen pœnitentia
item dilata quam multos fecellit.*

CANON VI.

Anima duerte filia cui iustius seruias, patri an tyrranno: amatori, an hosti: creatori, an destructori: Ei a quo habes vitam, corpus & animam, an illi a quo nihil habes præterquam peccatorum fœditudinem teterrimam, infirmatatem, insabilitatem, miseriam infelicitatemq; sempiternam? Quæ comparatio mei ad Belial? Noli esse filia diaboli, quam feci ut filia sis Dei. Si tu destruxisti teipsum, si pactum rupisti, ego te scio reficere, ego scio te sanare. Noli modo con-^{2. Cor. 6.} Pœnitentia per sionem diffidere. Incerta es quando moriaris. Multos mors ipsa præuenit, mul-^{1. Pet. 5.} dilatio, qua-
tos ipsis vana fecellit, multi pœnitere volebant quando debebant exire, multi ad mortem pœnitentiam distulerunt: sed expectatio eorum vana fecellit eos. Tu igitur modo respisce. Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis: Ambula dum ^{1. Cor. 6.} lucem habes, ne tenebrae te comprehendant. Crede utili consilio; cui nisi credide-^{1. Ioan. 12.} ris, dolebis aliquando quod non acquieueris modo. Verum tunc dolebis, quando colori tuo nullum erit remedium, quando luctui tuo nulla porest adferri conso-
latio, quando damnationi tuae nulla potest liberatio imperari, nulla spernit tibi postea spes: sed horror, confusio, pena, desperatio, ac perpetua a me separatio. Modo igitur haec verba in cor tuum sume: iuuabit aliquando salubri consilio cre-
didisse. Si reuersa ad me fueris, si meo consilio acquieueris, si amor meo erga te gaudium nunc feceris, non deerit tibi prouidentia mea, inspiratio & uinctio mea docebunt te, ut non solum gratiam meam obtineas, sed ad sponsæ etiam nomen, ad amicitiam etiam meam peruenias. Fateor, difficile erit tibi afflueta relinquere.^{1. Ioan. 2.} difficile erit quæ delectat, subtrahere. At vide tu quanto in periculo sis constituta, vide in quo præcipitio verteris? Circuit aduersarius tuus diabolus, cui tu seruis,^{1. Pet. 5.} querens te deuorare atque deglutiire, & tu super os inferni interim ambulans lu-
des: Ea enim agis quibus cum nulla, est vita falsa: quandoquidem pactum cum inferno & morte percussisti. Vita tua impia est & reproba. Spes vana & temeraria. Nihil times me offendere, ianuam gratiae meæ tibi per impiam voluntatem ob-^{1. Efai. 5. 8.} turasti, frigida es tota, & ab omni charitate aliena. Et interim promittisti bini ve-
niam atque misericordiam, quam tamen cum possis non queris, sed nescio quo trastulisti tibi polliceris te convertendam.

*Pœnitentia cur acceleranda sit, dolor de peccatis quando sit vanus:
quamque contritio vera sit hodie rarissima, emendatio item*

vsque ad mortem protelata quam sit omnium

periculosisima.

LII 3

CANON

